

spoliationem, textu expresso in cit. cap. Saep. §. Unde, de restitutione spoliatorum.

6 Tertium remedium recuperandae possessionis est Conditio ex cap. Redintegranda 3. caus. 3. quest. 1. vi cuius spoliatis, & eisdem Episcopis, per quos veniunt omnes Ecclesiastici, & secundum probabiliorum, & communiorem sententiam etiam Laici, omnia bona, sive mobilia, sive immobilia in eodem loco, ubi sibi erepta fuerunt, redintegrari, seu restitui iubentur, & quidem ante accusationem, ita ut spoliatus ante factam restitutionem omnium sibi ablatarum accusari non possit, & accusatus respondere non teneatur, antequam omnia sibi fuerint restituta, textu expresso in cit. cap. Redintegranda 3. caus. 3. quest. 1.

7 Quartum remedium recuperandae possessionis est Conditio ex l. Invasor §. Cod. Unde vi, quod datur, & contra eum, qui per vim loca aliqua invasisse probatur; & contra eum, qui per errorem, & bonam fidem occupavit possessionem rei alienae, qui tenetur, non obstante errore, ac bona fide, restituere possessionem occupatam, textu expresso in cit. l. Invasor §. Cod. Unde vi.

8 Quintum remedium recuperandae possessionis est Conditio ex l. Si quis in tantam 7. Cod. Unde vi, per quod, quia propria auctoritate violenter ingreditur possessionem penes alium constitutam, cogitur in primis hanc possessionem alteri restituere; & deinde si Invasor fuit dominus dictae rei, ultra possessionem amittit etiam eius dominium; & si non fuit dominus, compellitur insuper ad dandam, seu restituendam aestimationem rei, textu expresso in cit. l. Si quis in tantam 7. Cod. Unde vi. Quae tamen poena amissionis domini, aut reddendae aestimationis rei, intelligitur solum habere locum post sententiam Iudicis, ut notat Glossa communiter recepta, ibi. verb. Amittant.

9 Sextum remedium recuperandae possessionis est Conditio ex l. Cum querebatur 11. Cod. Unde vi, quod datur adversus eum, qui dolose occupavit possessionem rei alienae vacantem, & sic tamquam praedo rem occupatam, ejusque possessionem restituere cogitur textu expresso in cit. l. Cum querebatur 11. Cod. Unde vi.

10 Septimum remedium recuperandae possessionis est Conditio ex l. Exat ff. de iis, quae vi, meturvae causa, per quod creditor, qui per vim, aut propria auctoritate rem, vel pecuniam sibi debitam accepit, aut vi illata solvi fecit, cogitur rem acceptam restituere, & insuper perdit Jus crediti, & actionem adversus debitorem, textu expresso in cit. leg. Exat ff. de iis, quae vi, meturvae causa, §. l. Creditores 7. ff. ad Legem Juliam, de vi privata.

11 Octavum remedium recuperandae possessionis habetur ex officio Iudicis, & competit illi, qui non possidet, sed solum detinet rem, & postmodum ipsa spoliatur, ut Commodatarius, Depositarius, Conductor ad breve tempus, & similes: Isti enim, cum non possideant, l. Officium 9. ff. de rei vindicatione, si spoliatur detentione talium rerum, non habent ullum ex hucusque enumeratis ordinariis remediis possessoris ex defectu possessionis; & ideo sic suadente aequitate est eis indulgendum remedium extraordinarium, ac subsidiarium, ut possint nempe implorare officium Iudicis ad recuperandam rerum praehabitarum detentionem, a qua ceciderunt, arg. l. Aquilius 27. ff. de donationibus, l. Et non tantum 19. ff. de petition. heredit. c. Quia 11. de Iudiciis, c. Bonae memoriae 15. de appellat. cum similibus.

12 Ut spoliatus ante omnia sit restituendus, ut ante omnia esse restituendum jam diximus supra num. 3. per Jura ibi adducta, si agat ex remedio Interdicti Unde vi, duo probare debet, scilicet se possedisse, & se fuisse spoliatum tali sua possessione; c. Consultationibus 10. de Officio Delegati, juncta Glossa ibi. verb. Possessionem, & dejectionem, l. Praetor ait 1. §. Interdictum autem, ff. De vi, & vi armata, ibi: Interdictum autem hoc nulli competit, nisi ei, qui tunc cum deficeretur, possidebat. Si autem agat ex remedio c. Redintegranda 3. caus. 3. q. 1. sufficit, quod ipse spoliatus probet suam priorem possessionem, & novam alterius, seu spoliatoris conventi pretensam possessionem; probata enim justa prio-

re possessione, nova praesumptio clandestina, & vitiosa, cum duo insimul eandem rem, & eodem modo possidere non possint; l. Licet causam 9. §. Ex praemissis, ff. de probationibus, cum similibus.

13 Dicta Regula: Spoliatus ante omnia est restituendus, procedit non solum quando quis vi, vel clam facti spoliatus a privato, ut est indubitatum apud omnes, sed etiam quando quis est spoliatus a suo Praetore, seu Iudice extrajudicialiter, seu non servato Juris ordine, textu expresso in c. Conquerente 7. de restit. spoliatorum.

14 Regula illa: Spoliatus ante omnia est restituendus, fallit in aliquibus casibus. Primo scilicet quando spoliatus consentit, ut spoliator ante restitutionem super proprietate rei sibi competente audiat, textu expresso in cap. Licet 1. de restit. spoliat. Et ratio clara est, quia beneficium restitutionis est privilegium Juris, cui libere renuntiare potest spoliatus; cap. Si de terra 6. de privit. §. l. Si quis in conscribendo 29. Cod. de patris.

15 Secundo quando notorium est, quod proprietatis rei spolio ablatae non pertineat ad ipsum spoliatum, sed ad spoliatorem; tunc enim spoliatus ob notorium defectum proprietatis veluti dolosus Jure repellitur, textu expresso in c. Dolo facit 59. de Regul. Juris in 6. ibi: Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem, & concordat l. Dolo facit 8. ff. de doli mali, & metus exceptio.

16 Tertio quando spoliatus ante factam suam spoliationem, libere renuntiavit dominio rei spoliatae, textu claro in cap. Accepta 3. de restitutione spoliator. Nec obstat c. Sollicite 2. eod. tit. quia loquitur de renuntiatione, nec ante spoliationem factam, quae non censetur libera; ut argumentatur ibi Pontifex: Quia non est verisimile, quod sponte Juri suo renuntiaverit, qui restituitur spoliatus.

17 Quarto quando spoliatus post spoliationem cum spoliatore pactum inivit, vel juravit sponte, quod nolit agere possessorio recuperandae: Pacta enim inita sunt custodienda, & promissa sunt opere complenda, c. Antigonus 1. §. c. Qualiter 3. de patris, l. Juris gentium 7. §. 7. ff. de patris.

18 Dicitur autem notanter post spoliationem, quia simile pactum initum cum spoliatore ante spoliationem non valet, textu expresso in l. Si unus 27. §. 3. & 4. ff. de patris: Et ratio est, quia tale pactum initum ante spoliationem praebet ansam delinquendi, & animaret homines ad spoliandum, ac proinde veluti consuetas turpem causam merito reprobat: ut Jure, & non valet, cit. l. Si unus §. 3. & §. 4. ubi expresse dicitur: "Pacta, quae turpem causam continent, non sunt observanda, veluti si paciscar, ne furti agam, vel injuriam, si feceris; expedit enim timere furti, vel injuriam poenam, sed post admissa haec, pacisci possumus." (Vid. in omni genere contractus ibique leg. 38. tit. 5. p. 5. tit. 10. 29. & 30. tit. 11. ejusd. p. 5.)

19 Mulier propria auctoritate sub praetextu impedimenti, v. gr. consanguinitatis, a marito se separans, sicque eum possessione spolians, si non habet probationes incontinenti paratas ad probandum impedimentum dirimens Matrimonium, est plenarie restituenda marito, & quoad cohabitationem, & quoad thorum, donec ipsa probationes offerat preparatas. Sic expresse decisum habetur in c. Literas 13. §. Quod si non habeat, de restitutione spoliator. Et ratio est, quia, ut ibidem subjungitur, praesumitur mala fides contra ipsam, eo quod propria temeritate, & absque Judio Ecclesiae a viro suo recesserit: Unde stante tali casu, viget regula generalis, quod spoliatus ante omnia sit restituendus. (Vid. l. 5. §. 18. tit. 9. §. 8. tit. 2. p. 4.)

20 Si vero tanta esset viri saevitia, ut mulieri trepidanti non posset sufficiens securitas provideri, tunc non solum esset ei restituenda, sed ab eo potius removenda. Et est contra, si possit dictae mulieri sufficiens securitas provideri, est ipsa ante causae cognitionem restituenda marito, textu expresso in cit. cap. Literas in fine, ibi: "Si vero tanta sit viri saevitia, ut mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas provideri, non solum non debet ei restitui, sed ab eo potius amoveri, alio-

alioquin sufficienti (si fieri potest) securitate provisa, profecto videntur conjux ante causae cognitionem restituitura marito." Et concordat c. Ex transmissa 8. c. Ex conquestione 10. c. Ex part. 14. de restit. spoliator. §. c. Intelleximus 1. De ordine Cognitionum.

21 Spoliator violenter restituere debet spoliato non solum rem ablatam, sed etiam cum ipsa omnes fructus, tum extantes, tum consumptos, immo etiam illos, quos non percepit, & prior possessor spoliatus percipere potuisset, si suam possessionem continuasset. Communis, textu expresso in cap. Gravis 11. de restitutione spoliat. & l. Si de possessione 4. Cod. Unde vi.

22 Unde antequam dictus spoliator audiatur super praetensa rei ablatae proprietate, est restituendus spoliatus, non solum in pristina possessionem liberam ut antea, arg. cap. Pisanis 19. §. Porro de restitutione spoliat. sed etiam ad omne id, quod ibi sive ratione fructuum non perceptorum, sive ratione facturarum expensarum amisit, & damnum passus est, licet ad spoliatorem nihil pervenerit, l. Praetor ait, 1. §. 1. ff. De vi, & vi armata, l. Recte possident 1. l. Ut pulsos 2. l. Auctoritate 3. l. Si de possessione 4. Cod. Unde vi, c. Redintegranda 3. caus. 3. q. 1. c. Gravis 11. de restit. spoliatorum. Et hoc jure merito in odium spoliationis. Clem. unic. de causa possession. §. propriet. Et sic Rota in Lavellin. seu Melphien. pecuniaria 16. Novembr. 1710. coram Ubaldo, & in Nomana Situae 15. Maji 1628. coram Veropia allegata a Barbosa in cit. cap. Gravis num. 4. & sic Doctores communiter.

23 Nec talis spoliator excipere potest contra spoliatum per objectionem criminis: Prius enim ut supra restituendus est Actor spoliatus, antequam de crimine objecto, per exceptionem audiatur Reus spoliator, textu expresso in c. Item cum quis 6. de restit. spoliator. ibi: "Non occurrat nobis, quod illius objectio admitti debeat, vel principalis causa propter hoc executioni retardari, quoniam criminaliter adversus eum ante restitutionem agere non potest, cum praesumatur ejus existere inimicus."

24 Nisi tamen opponatur talis criminis exceptio, quae personam spoliati reddat inhabilem ad agendum, ut est Excommunicatio, cum excommunicatus in Judio non sit ut Actor audiendus, nec ibi stare possit, nisi tamquam Reus; c. Intelleximus 7. de Judiciis, c. Conspiratores §. cap. Nullus anathematizatorum 6. caus. 3. q. 5. cum similibus.

25 In civilibus non admittitur spoliationis exceptio facta ab alio, quam ab actore, textu expresso in cap. Frequens 1. de restit. spoli. in 6.

26 In criminalibus autem admittitur spoliationis exceptio etiam a quocumque tertio facta, dummodo fiat intra quindecim dies, & sit de tota substantia, vel majori parte, textu expresso in cit. cap. Frequens.

27 Spoliatus excipiens spoliationem factam a tertio intra certum tempus a Judio statendum, debet petere restitutionem, aliis non juvat exceptio, & accusabitur, exceptioe non obstante, textu expresso in cit. cap. Frequens §. Solet.

28 Agenti super rebus ecclesiasticis non obstat exceptio spoliationis privatarum rerum, vel è converso, textu expresso in cit. cap. Frequens §. Ad hoc: ibi: "Ad hoc sancimus, ut rerum privatarum spoliatio agenti super ecclesiasticis, vel è contrario, nullatenus opponatur."

(Nihilominus praecedentem doctrinam leges 9. §. 10. tit. 10. p. 7. fin. tit. 15. ejusd. p. 3. tit. 2. §. 13. tit. 30. p. 3. (Ad rem lex 4. §. praecipue 5. tit. 10. p. 3.) 40. tit. 28. ejusd. p. 3. 10. tit. 14. ipsiusmet p. 3. 30. tit. 18. p. 2. 17. tit. 10. §. p. 7. 5. tit. 8. p. 3. 11. tit. 13. part. 5. 14. §. 16. ejusd. tit. 10. §. p. 7. cum 7. tit. 9. ipsius p. 7. fin. tit. 31. p. 3. §. 7. tit. 14. p. 6. §. 6. tit. 5. p. 5. 15. tit. 2. p. 4. 17. tit. 22. p. 1. 27. tit. 2. §. 5. tit. 10. p. 3. perspicuius confirmare: adeat Lector ad D. Anton. Gom. in leg. 45. Tauri, ubi per extensum haec species exponuntur, videantur leg. tit. 14. lib. 3. Ord. Reg. cum leg. 4. tit. 4. lib. 4. For. Reg. & eorum glos. D. Diaz de Montalvo; tit. 13. l. 4. Res. Cast. ob oblivionem ne tradatur.)

ERRATA. B. NOTIC. INC. VIII.

Adversus violentos spoliatores alia praeter Interdictum Unde vi sunt prodita remedia, puta accusatio ex Lege Julia de vi publica, & de vi privata; nec non constitutiones variae recentiores, quibus vis coercetur, comprehensa in l. 7. §. seq. C. Unde vi.

Potiora vero praeter ceteris sunt remedia juris canonici moribus hodiernis passim comprobata ex cap. Saep. contingit, de restit. spoliator. & Can. Redintegranda 3. §. caus. 3. q. 1. Interdictum enim Unde vi tantum locum habet in rebus immobilibus, & incorporalibus, quae immobilium jure censentur, & tantum competit contra deficientem, non item contra tertios rei possessores, & quidem intra annum.

At remedium ex Canon. Redintegranda ad omnes omnino res extensum fuit, & adversus omnes rei possessores datum, sive bona, sive mala fide, sive cum, sive sine titulo possideant, & sive titulus, ex quo possident, onerosus, sive lucrativus sit, idque sine temporis distinctione.

Sed an haec, quae usu recepta sunt de remedio ex Canon. Redintegranda: consona revera sint menti Auctoris ipsius, vide Bohemer. ad tit. de Restit. spoli. §.

SPOLIUM. SUMMARIUM.

- 1 Rozza ecclesiasticorum Beneficiorum sine testamento, aut facultate testandi decedentium spectant ad Cameram Apostolicam.
2 Spolia ecclesiasticorum Beneficiorum morientium sine facultate testandi pertinent ad Cameram Apostolicam, eorumque dispositiones nulla sunt, etiamsi sint ad pias causas.
3 Spolia Beneficiorum morientium extra residentiam, etiamsi habuerint facultatem testandi, pertinent ad Cameram Apostolicam.
4 Spolia bonorum Clericorum ex illicita negotiatione acquisitorum pertinent ad Cameram Apostolicam.
5 Spolia Regularium vagantium, & morientium extra claustra, pertinent ad Cameram Apostolicam, nisi habeant facultatem testandi.
6 Non est tamen id intelligendum de omnibus bonis, sed de illis solum, quae acquiruntur extra claustra degentes.
7 Hinc a fortiori manent Religioni, & illi debentur bona illorum Religiosorum, qui per accidens extra claustra decedunt.
8 Spolium Regularium solet erogari per Praelatos Regulares in usum Convenus absque beneplacito Apostolico, etiamsi sit pecunia deposita absque vinculo in banco publico.
9 Spolia Cardinalium ubicumque decedentium non pertinent ad Cameram Apostolicam.
10 Spolia Curialium, & Praelatorum habentium facultatem testandi, non pertinent ad Cameram Apostolicam.
11 Conclavistae non subjacent spolio.
12 Moriente Clerico, sive Romano, sive Curiali, sive Incola ab intestato, si Romae, vel intra spatium decem miliarium moritur, succedunt heredes.
13 Spolia fieri non possunt a Collectoribus &c. de iis Beneficiis, quorum beneficia non excedunt fructus ducatorum auri triginta de Camera; & si faciunt, tenentur restituere, & per Censuras ad hoc cogi possunt.
14 Spoliorum causa agitanda sunt cum citatione Commissarii Camerae.
15 Spoliorum nomine, quae ad Cameram Apostolicam pertinent, non intelliguntur paramenta ecclesiae, vasa, libri ecclesiae, gradualia, missalia, & hujusmodi.
16 Vasa, ornamenta, vestimenta, & hujusmodi, Clerici decedentis intestati, si jam fuerint dicata Deo, ecclesiae, vel Oratorio expresse, non spectant ad heredes ab intestato.

- 17 Item ad heredes non spectant prædicta, si Deo, Ecclesia, vel Oratorio fuerint dicata, etiam solum tacite.
- 18 In dubio autem non concurrentibus supradictis, talia vasa, ornamenta, vestimenta, & hujusmodi, spectant ad heredes ab intestato.
- 19 Donatio in dubio non presumitur, sed probari debet.
- 20 Constitutio S. Pii V. loquitur concurrente ecclesia cum herede, non autem concurrente ecclesia cum herede.
- 21 Dicitur Piana constitutio disponit solum de acquisitis ex fructibus beneficiorum, seu redditibus ecclesiasticis, non autem ex patrimonialibus, aut officiis lucrosis personalibus.
- 22 Hinc heredes Beneficiarii habentis opulentum patrimonium ante beneficii consecutionem, non debent amoveri à possessione bonorum, donec discutatur, an bona fuerint acquisita ante, vel post beneficii consecutionem, & an ex fructibus beneficii, vel ex fructibus patrimonii, seu officii lucrosi personalis.
- 23 Ad cognoscendum ex quibus redditibus sint acquisita bona Beneficiarii habentis patrimonium, seu lucrosum officium personale, quid sit attendendum.
- 24 Si clare constat Clericum non habuisse alia bona, quam illa ecclesia, nec etiam aliquod officium personale lucrosum exercuisse, tunc sine dubio censenda sunt talia bona acquisita ex fructibus ecclesiasticis, adeoque cadere sub spolio, & deberi ecclesie.
- 25 Si autem dubium sit, an Clericus ultra bona ecclesie, habuerit etiam bona propria, vel aliquod lucrosum officium personale, tunc presumitur Clericum acquisivisse ex fructibus ecclesiasticis. At si talia bona ab hereditibus Clerici possideantur, onus probandi, quod fuerint acquisita ex fructibus ecclesiasticis, spectat ad Cameram, & respectivo ad Ecclesiam, ubi ipsa ad talia bona succedat.
- 26 Quando constat Clericum simul habuisse bona Ecclesie, & etiam patrimonialia, seu officia personalia lucrosa, nec constare potest, ex quibus fructibus fuerint talia bona acquisita, quid?
- 27 Omnia spolia Archiepiscoporum, & Episcoporum in Insula Sardinie, & extra, non tamen in Italia decedentium, abdicantur ab eorum Successoribus, & applicantur respectivo Ecclesiis pro fabrica, & manutentione.
- 28 Spolium Clericorum non est in usu in statu Mediolanensi, sed ex antiqua consuetudine transit ad eorum heredes.
- 29 Spolia Archiepiscoporum, & Episcoporum in regno Neapolis spectant ad Ecclesias Metropolitanas, & Cathedralis.
- 30 Jus spoli ubi, & quomodo sit receptum?
- 31 Spolia defunctorum Canonice S. Salvatoris Bononie spectant ad eorum Religionem.
- 32 Spolia defunctorum Equitum Hierosolymitanorum non spectant ad Cameram Apostolicam, sed ad eorum Religionem.
- 33 Nec eorum bona spectant ad heredes sanguinis, sed Religionem acquiruntur, quod procedit etiam de bonis patrimonialibus, aut aliunde questis.
- 34 Advertitur tamen Religionem Hierosolymitanam ex urbanitate dimittere suis Militibus, & eorum hereditibus, omnia sua bona immobilia, nec fieri spolia, nisi de mobilibus, & se moventibus.
- 35 Spolium omnium eorum, que ab Episcopo quesita fuerunt à priori Ecclesia, à qua fuit translatus, debetur eidem Ecclesia.
- 36 Spolium omnium rerum ad usum, & cultum divinum spectandum debetur Ecclesie, quibus Episcopi præfuerunt. Et de his Episcopi nequeunt disponere per ultimam voluntatem, & contractum lucrativum donationis, sed solum per contractum onerosum ad satisfaciendum creditoribus, si alia bona non sufficientiant.
- 37 Etiam spolia Beneficiorum sunt dividenda proportionabiliter inter Ecclesias, quibus præfuerunt.
- 38 Spoliorum tamen nomine non veniunt distributiones Canonice defuncti.

- 39 Subnectuntur Supplementa Auctoris; ad num. 44.
- 45 Additiones subnectuntur, ad fin.
- Spolia Ecclesiasticorum Beneficiorum, qui decedunt sine testamento, vel sine facultate testandi disponunt, & illa, que ultra facultatem remanent, pertinent ad Cameram Apostolicam; Paulus II. constitutio. 29. incip. Romani.
- Spolia Ecclesiasticorum Beneficiorum morientium sine facultate testandi pertinent ad Cameram Apostolicam, eorumque dispositiones nullæ sunt, etiamsi sint ad pias causas; Pius IV. constitutio. 8. incip. Grave nimis.
- Spolia Beneficiorum morientium extra residentiam, etiamsi habuerint facultatem testandi, pertinent ad Cameram Apostolicam. Pius IV. constit. 91. incip. In suprema.
- Spolia bonorum Clericorum ex illicita negotiatione acquiritorum, pertinent ad Cameram Apostolicam. Pius IV. const. 19. incip. Decens.
- Spolia Regularium vagantium & morientium extra claustra, pertinent ad Cameram Apostolicam, nisi habeant facultatem testandi. Gregorius XIII. constit. 43. incip. Officii nostri: Advertit tamen Passerinus de statu hominum tom. 3. part. 189. art. 8. n. 529. talem constitutionem non habere locum de omnibus bonis Religiosorum, sed de illis solum, que acquisiverunt extra claustra degentes: De his bonis loquitur constitutio 14. Pauli IV. incip. Postquam: & patet etiam ex cit. constit. Gregorii XIII. ubi dicitur; tempore, quo extra claustra hujusmodi fuissent acquisita, & tandem §. 3. statuit, ut bona omnia per Regulares degentes extra claustra acquisita spectent ad Cameram Apostolicam, & ideo que Religiosus acquisivit, antequam egredere de claustro, concludit dicitur Passerinus, Religioni manere, nam fuerunt jam illi acquisita. Vide infra num. 39.
- Hinc à fortiori manent Religioni, & illi debentur bona illorum Religiosorum, qui cum legitima facultate suorum Superiorum itinera arripuerint, vel apud parentes, amicos, & benefactores, religiosas vacationes obeunt, per accidents ibi decedunt. Et ita censuit Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Verell. 11. April. 1600. & 30. Junii 1604. apud Pignat. tom. 8. cons. 85. allegans ad rem alia decreta Sacra Congreg. S. Officii.
- Spolium Regularium solet erogari per Prælatos Regulares in usum conventus absque Beneplacito Apostolico, etiamsi sit pecunia deposita absque vinculo in banco publico, quia vere non est pecunia destinata ad emptionem. Hinc Sac. Cong. Concil. die 28. Febr. 1654. tom. 19. Decr. pag. 319. proposito dubio: "N. Superior Regularis querit pro quiete suæ conscientie: An si ipse pecunias provenientes ex spolio Religiosi defuncti juxta consuetudinem monasterii pure absque aliquo vinculo deposuerit in banco publico civitatis, illas postea juxta eandem consuetudinem erogando in dictum usum, & necessitates urgentes ipsius monasterii ob penuriam, & infirmitates supervenientes, ut ex partitis libri ejusdem monasterii liquere asseritur, incidit in penas expressas in decreto de rebus Regularum non alienand. in hærentem etiam constitutione Pauli II. eo quod prius non obtinuerat licentiam. Sacra Congreg. secundum ea, que proponuntur, respondit non incidisse." Sic refert Card. Petra tom. 5. Comment. ad const. V. Pauli II. sect. 2. num. 33.
- Spolia Cardinalium ubicunque decedentium non pertinent ad Cameram Apostolicam. Pius IV. const. 19. incip. Decens.
- Spolia Curialium, & Prælatorum habentium facultatem testandi, non pertinent ad Cameram Apostolicam. Pius IV. const. 19. incip. Decens.
- Conclavisti non subiacent spolio. Gregor. XV. const. incip. Romanus §. 10.
- Moriente Clerico, sive Romano, sive Curiali, sive incolæ, ab intestato, si Romæ, vel intra spatium decem miliarium moritur, succedunt heredes. Paulus V. const.

- const. 18. incip. In eminent §. 4. Alexander VII. const. incip. Nos volentes:...
- Spolia fieri non possunt à Collectoribus, & de eis Beneficiis, quorum beneficia non excedunt fructus Ducitorum auri triginta de Camera; & si faciunt, tenentur restituere, & per censuras ad hoc cogi possunt. S. Pius V. const. 42. incip. Romani:...
- Spoliorum causæ agitantæ sunt cum citatione Commissarii Camera. S. Pius V. constit. 51. incip. Attendentes:...
- Spoliorum nomine, quæ ad Cameram Apostolicam pertinent, non intelliguntur paramenta ecclesie, vasa, libri ecclesie, gradualia, misalia, & alia res sacra, etiam auri, & argenti, ac quæcumque alia bona, quæ per quoscunque Episcopos ad usum & cultum divinum, etiam in eorum privatis ædibus, & capellis, vel oratorii destinata tempore eorum obitus reperitur, quæ etiam sub quibusvis facultatibus testandi, & aliis disponendi; minime comprehenduntur, sed ea omnia ad eorum ecclesias, idque proportionaliter habita ratione fructuum, & temporis, quæ beneficia, si plura fuerint, possederunt, nec ad heredes, ex testamento vel ab intestato deveniunt. S. Pius V. constit. 42. incip. Romani Pontificis:...
- Vasa, ornamenta, vestimenta, & hujusmodi Clerici decedentis intestati, si jam fuerint dicata Deo, Ecclesie, vel Oratorio expresse, non spectant ad heredes ab intestato. Communis. Quod enim semel Deo dedicatum est, ad humanum usum amplius redire non debet; cap. Nulli licet 3. caus. 12. quest. 2. c. Quod semel 4. caus. 19. q. 3. cap. Ligna 36. & cap. Vestimenta 40. dist. 1. de consecr. cap. Ad hæc 2. de Religiosis domibus, cap. Mancipia 3. de rerum permutat. cap. Semel 51. de Regul. Juris in 6. l. Si quis sepulchrum 12. §. 1. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum. (Leg. 64. tit. 4. p. 1.)
- Item ad heredes non spectant prædicta, si Deo, Ecclesie, vel Oratorio fuerint dicata, etiam solum tacite, ut si habentur signum, vel Insignia Ecclesie, vel essent ita aptata tali ecclesie, ut viderentur fuisse à primæva sua emptione, vel consecratione ipsi dicata; vel alie consimiles adessent conjecture, quibus posset rationabiliter præsumi ipsa fuisse tacite dicata Ecclesie dicata, seu donata. Rota divers. part. 3. lib. 3. dec. 582. num. 7. & 9. Ventriglia tom. 2. annot. 16. §. 1. num. 11. & alii, arg. citatis Juribus. Unde ex Menochio lib. 2. de arbit. judic. caus. 88. num. 8. Judicis arbitrio est relinquendum, quænam conjectura ad præsumendam donationem sufficiat, quia conjectura in facto consistunt, arg. leg. Sed si quis 14. §. 7. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.
- In dubio autem, non concurrentibus supradictis, talia vasa, ornamenta, vestimenta, & hujusmodi spectant ad heredes ab intestato; Sic expresse pleribus adductis defendit Ventriglia loc. cit. n. 12. ad 18. ubi testatur sic respondisse in facti contingentia, & secundum suum votum sic fuisse judicatum in quadam curia episcopali quoad sequentem casum: "Reverendus quondam N. N. dum viveret, emit ad suum proprium privatum usum, & commoditatem, nonnulla vasa, ornamenta, seu vestimenta ecclesiastica, & sacerdotalia, & deinde creatus Canonice ecclesie N. adhuc bona prædicta pro suo usui reituit in eadem ecclesia; successive ab hac vita decedit, nulla facta particulari dispositione prædictorum bonorum."
- Et ratio est, quia in tali casu bona prædicta non debent censeri donata ecclesie, quia donatio in dubio non presumitur, sed probari debet, per text. in l. Cum de indebito 25. ff. de probationibus, & præsumptionibus. Immo potius error, seu actus invalidus, quam donatio presumitur. Mascardus de probationibus concl. 555. n. 4. Menochius lib. 2. de arbit. judic. casu 88. num. 3. Barbosa in Axiomat. usæ frequen. verb. Donatus: Flaminius Parisius de Retignat. benef. lib. 9. q. 19. num. 5. Aretin. in leg. A Titio n. 3. de verb. oblig. Ventriglia loc. cit. num. 15. & alii: Unde cum donans dicatur perdere, per Glossam in cap. 1. de donationibus, & nemo presumatur suum jacitare, & perdere, per cit. leg. Cum de

- indebito 25. ff. de probationibus, & præsumptionibus, & leg. Campanus 47. ff. de bonis liberorum, merito damnatur præsumptio donationis, proat fuisse damnatam in simili casu asserit Kiecius in dec. Cur. Archiepiscopi. Neapol. dec. 296. ubi quidam privatus fecerat argenteæ candelabra cum stigmatibus ejusdam monasterii, illaque penes monasterium fuit judicata non fuisse donata, ut ad literam referit Ventriglia loc. cit. n. 15. (Verbi Donatio.)
- Qui insuper num. 16. subdit, quod non obstat cit. supr. num. 15. consilium 42. Sancti Pii V. incipiens Romani Pontificis: ubi disponitur, vasa, ornamenta, & hujusmodi in hereditate Beneficiarii inventa, non ad spolium, sed ad ecclesiam beneficii spectare, quia prædicta constitutio loquitur concurrente ecclesia, quod cum facta persona sit, & odiosa, præsumendum est defunctum ecclesiam spolio præferre voluisse: Non autem loquitur constitutio concurrente ecclesia cum herede, ut in casu nostro: Unde cum simus in diverso casu, non est facienda extensio de uno ad alium casum; cap. Quæ d. iure 28. de Regul. Juris, & ibi Glossa communiter recepta verb. Quæ d. iure; ubi ad id plura iura adducit, leg. Quod contra 44. ff. de Regul. Juris (Leg. 15. & 16. lit. 22. p. 3. tit. 21. p. 4.) cum similibus, maxime cum non militet eadem ratio: A diversis enim non fit illatio; leg. Papinianus 20. ff. de Mortibus, cap. Ad audientiam 12. de Decimis, ad late tradita per Everardum in sua Topica loco à ratione legis Ed. Joh. 7. (Verbi Executor, num. 31.)
- Tam quia dicta Piana constitutio disponit solum de acquisitis ex fructibus beneficiorum, seu redditibus ecclesiasticis, non autem ex patrimonialibus, ut officii lucrosi personalibus, ut quis Clericus habebat officium lucrosum in curia, erat Doctor, publicus lector, & hujusmodi; in tradunt Navarr. de Spoliis Clerici. §. 1. nisi Bursat. cons. 376. num. 28. vers. Admeh cessant: Barbosa de Jure Ecclesiasticis lib. 3. cap. 171. num. 63. Azor. Institut. Moral. tom. 2. lib. 8. cap. 3. quest. 11. Panimol. dec. 26. ad nos. 2. n. 14. Bellet. disquis. Clerici. 1. part. tit. de bonis Clerici. §. 9. num. 5. Ventriglia loc. cit. num. 17. Rota in Foroliviens. de Monasteriis 16. Februarii 1603. coram Penia. In nostro autem casu talia bona non fuerunt emptæ ex fructibus beneficii, cum supponantur emptæ ante beneficii consecutionem, adeoque non cadunt sub spolio, sed spectant ad heredes; ut exvete in c. 1. de Testament. in cap. Manifesta, & in cap. Sicut manifesta 12. q. 1. & tradunt Panimolli. dec. 20. ad nos. 2. num. 6. Navarr. loc. cit. §. 4. Ventriglia loc. cit. num. 17. & alii per textum in leg. Edicto 3. Cod. De edicto Divi Adriani tollendo, ubi heredi tradendum esse possessionem omnium bonorum defuncti disponitur. (Vid. cit. 14. part. 6. & ad hunc in add. hispan. nov. verb. Testamentum.)
- Hinc heredes Beneficiarii habentis plene patrimonium ante beneficii consecutionem non debent amoveri à possessione bonorum, donec discutatur, an bona fuerint acquisita ante, vel post beneficii consecutionem, & an ex fructibus beneficii, vel ex fructibus patrimonii, seu officii lucrosi personalis; per textum clarum in cap. Nulli dubium 1. caus. 10. q. 5. in fine; ibi: Nec si sine cognitione de his, que possides, quidquam auferre. Et tradunt Panorm. in cap. Cum esses, num. 4. vers. Sed possessor, de testam. Bursat. cons. 376. num. 13. Zabari. consil. 79. num. 2. vers. Unde in casu nostro: Romani. cons. 159. num. 5. vers. Tertio casu principalis: Redoñi de spoliator. Clericor. quest. 9. num. 133. in fine, Aloysius Leo in thesaur. for. eccles. part. 5. cap. 3. num. 25. Filliuc. oper. mor. tract. 45. cap. 5. in fine, Panimol. loc. cit. num. 12. & alii passim.
- Ad cognoscendum autem ex quibus redditibus sint acquisita bona Beneficiarii habentis patrimonium, seu officium personale, lucrosum attendenda est summa fructuum beneficii, ex qua summa, & non ex patrimonialibus, seu personali lucrosa, detrahenda sunt alimenta Beneficiarii, & suæ familie, ac omnes expensæ necessæriæ, aliaque factæ pro elemosinis, & piis operibus. Unde, si talis summa ex redditibus beneficii non sit tam

ingens, & exuberans, ut ex ipsa detractis supradictis omnibus, adhuc remaneant superflui redditus, ex quibus verisimiliter detegatur fuisse dicta bona acquisita, tunc censenda sunt acquisita ex fructibus patrimonii, & officii personalis lucrosi, quae in tali casu non cadunt sub spolio, sed spectant ad haeredes: Sic Innocentius in cap. Cum in Officiis 7. de testamentis, ibique communiter ceteri Canonistae, teste Pajomoll. loc. cit. num. 13. apud quem etiam Communis aliorum.

24 Si vero clare constet Clericum non habuisse alia bona, quam illa ecclesiae, nec etiam aliquid officium personale lucrosam exercuisse, tunc sine dubio censenda sunt talia bona acquisita ex fructibus ecclesiasticis, adeoque cadere sub spolio, & debent ecclesiae Communis, per textum in cap. Cum unusquisque, de pectio Clericor. & cap. 1. caus. 12. quart. 3. cum similibus.

25 Si autem dubium sit, an Clericus ultra bona ecclesiae habuerit etiam bona propria, vel aliquid officium personale lucrosam, tunc praesumitur Clericum acquisivisse ex fructibus ecclesiasticis, sed si talia bona ab haereditate Clerici possideantur, onus probandi, quod fuerint acquisita ex fructibus ecclesiasticis, spectat ad Cameraam, & respective ad ecclesiam, ubi ipsa ad talia bona succedat. Menoch. de arbit. judic. cas. 195. num. 9. & 10. & de praesumpt. lib. 3. praes. 13. num. 7. cum pluribus aliis ibi allegatis, Gratian. discip. forens. cap. 38. num. 1. Panimoll. loc. cit. num. 14. & 19. & alii passim.

26 Quando tamen constat Clericum simul habuisse bona ecclesiae, & etiam patrimonialia, seu officia personalia lucrosa, nec constare potest, ex quibus fructibus fuerint talia bona acquisita, tunc praesumitur fuisse acquisita ex utrisque, & dividi debent personaliter inter ipsius Clerici haereditatem, & ecclesiam, seu Cameraam, arbitrio Judicis, bene attentae, & animadversa qualitate, & quantitate tum patrimonii, seu officii personalis lucrosi, tum fructuum ecclesiae, & sic num fructus ecclesiae excedant, an vix sufficere possint ad commodam Clerici sustentationem, quae integra prius summi debet ex ipsis fructibus ecclesiasticis, juxta dicta supra num. 23. argument. cap. Cum secundum Apostolum 16. de prebend. & similibus. Sic ex Abbat. Cardinal. Zabarell. Bald. Alexandr. Soccin. Roman. Menoch. Judic. cas. 195. num. 7. & 8. lib. 3. praesumpt. 53. num. 5. Panimoll. loc. cit. num. 18. & alii passim.

27 Omnia Spolia Archiepiscoporum, & Episcoporum in Insula Sardiniae, & extra, non tamen in Italia decedentium abdicantur ab eorum Successoribus, & applicantur respectivis ecclesiis pro fabrica, & manutenzione: Et hoc vigore Brevis Sancti Pii V. ad instantiam Regis Catholici emanati. Rota part. 4. recentior. tom. 3. decis. 560. num. 7. & 8. & dictum Breve confirmatum fuit etiam à Clemente VIII. Rota ibid. num. 9. & sequent.

28 Spolium Clericorum non est in usu in statu Mediolanensi, sed ex antiqua consuetudine transit ad eorum haereditas; Rota part. 4. recent. tom. 3. dec. 529. num. 5. & seq. Card. de Luca de Benef. disc. 10. n. 5. & 9.

29 Spolia Archiepiscoporum, & Episcoporum in Regno Neapolis spectant ad ecclesias Cathedralis, & Metropolitanas. Innocent. XII. const. incip. Inscrutabili, & Benedicti XIII. const. incip. Sacrosancti Apostolatus, ubi id amplius, etiam si Episcopi moriantur extra residentiam. Vide infra n. 44.

30 Jus spoli non est receptum in Gallia, neque in Germania, neque in Belgio, neque in Lusitania. At in Regno Castellae sola Episcoporum, non autem aliorum Beneficiorum spolia Camerae Apostolicae acquiruntur. In Italia autem, tam Beneficiorum inferiorum, quam Episcoporum spolia Fisco cedunt Apostolice, ut testantur Marinus Navarr. tract. de spoliis, §. 14. Azorius part. 2. lib. 8. cap. 4. & alii.

31 Spolia defunctorum Canoniorum Sancti Salvatoris Bononiae spectant ad eorum Religionem, Rota part. 14. decis. 363. num. 14.

32 Spolia defunctorum Equitum Hierosolymitanorum

non spectant ad Cameraam Apostolicam, sed ad eorum Religionem, Rota part. 3. recent. dec. 51. n. 11.

Nec eorum bona spectant ad haeredes sanguinis, sed Religionis acquiruntur; Rota part. 14. dec. 76. n. 1. & 2. & Annotat. ad dec. 16. num. 9. part. 3. quod procedit, non solum de bonis, quae ad eos perveniunt intuitu suae Religionis, sed etiam de patrimonialibus, aut aliunde quaesitis, & non solum ex dispositione statutorum Religionis, sed etiam juxta juris communis dispositionem; Rota part. 2. dec. 76. num. 1. & Annotat. ad dec. 16. num. 9. part. 3. Religio enim succedit ad exclusionem omnium in haereditatibus Militum defunctorum, & in omnibus, & singulis eorum bonis; Rota part. 9. tom. 1. dec. 30. n. 43. & Annotat. ad dec. 16. n. 8. part. 3. Et eorum bona deferuntur in Thesaurum Religionis ex constitutione Clementis VIII. & S. Pii V. Rota part. 4. dec. 76. n. 7.

Advertendum tamen est, Religionem Hierosolymitanam ex urbanitate dimittere suis Militibus, & eorum haereditas omnia sua bona immobilia, nec fieri spolia, nisi de mobilibus, & se moventibus; Rota p. 9. tom. 1. dec. 302. n. 17.

Spolium omnium eorum, quae ab Episcopo quaesita fuerunt ex priori ecclesia, à qua fuit translatus, debentur eidem ecclesiae. Sic pluries statuit Sac. Congr. Concilii, & signanter in Cathacen. seu Suesana Spolii, in qua ad dubium: "An bona mobilia, libri, pecuniae, & cetera quae (praeter sacra paramenta) inventa tempore obitus boni mem. Francisci Gorii Episcopi Suesanae, prius Episcopi Cathacen. apud ipsum, spectent ad Ecclesiam Cathacen. vel potius ad Ecclesiam Suesanam?" Ead. Sac. Congr. Concil. die 28. Septembris 1709. Respondit, quod bona quaesita ex fructibus ecclesiae Cathacen. spectabant ad eandem. Et repositio eodem dubio die 25. Januarii 1710. Sac. Congr. stetit in decis. uti habetur lib. 59. Decr. p. 331. & l. ib. 60. pag. 27.

Et in Triviana, seu Tricarcan. in qua propositis quatuor hisce dubiis.

I. An mobilia, libri, pecuniae, argentea, aliaque bona, praeter sacra paramenta boni mem. Simonis Vigliini prius Episcopi Triviani, & postea Tricarcan. reperta tempore ejus obitus spectent ad Ecclesiam Trivianam, vel potius ad Ecclesiam Tricarcan. in casu, &c.

II. An paramenta, & vas argenteum, aliaque argentea, & suppellectilia ad usum cappellae, & cultum divinum destinata, reperta, ut supra, debentur Ecclesiae Trivianae, vel potius dicte Ecclesiae Tricarcan. in casu, &c.

III. An argentea, & mobilia, aliaque bona ab Ecclesia Triviana commodata dicte boni mem. Episcopo Viglino, tunc Episcopo Triviano, debeant eidem Ecclesiae Trivianae restitui in casu, &c. & quatenus affirmative.

IV. An, & à qua, & quibus bonis, illis non extantibus debeat solvi illorum pretium in casu, &c.

Sacra Congr. Concil. die 6. Julii 1726. Respondit Ad I. & II. pertinere ad Ecclesiam Trivianam. Ad III. Affirmative. Ad IV. solvenda esse est haereditate Episcopi. Sic apud Thesaurum Resolution. Sacrae Congregat. Concil. tom. 3.

Ac in Aesarrum, seu Maiberanum, & Acheruntina Spolii, in qua ad dubium: An Capitula Ecclesiarum Maiberanensis, & Acheruntinae teneantur restituere Capitula Ecclesiae Aesarrum bona descripta, & contenta in inventario factio per boni mem. Episcopum Pasitanum 30. Septembris 1723. Sac. Congr. Concil. 15. Januarii 1735. Respondit Affirmative. Sic apud d. Thesaurum tom. 6. & 7.

Spolium ornamentorum, paramentorum, aliarumque rerum ad usum, & cultum divinum spectantium, debentur ecclesiis, quibus Episcopi praefuerunt: Et de his rebus Episcopi nequeunt disponere per ultimam voluntatem, & per contractum lucrativum: secus vero per contractum onerosum, ad satisfaciendum creditoribus, si alia bona non sufficiant. Proposito enim dubio in Sac. Congr. Conc. An creditoribus defuncti Episcopi

in subsidiū, si alia bona non sufficiant, satisfaciendum sit ex bonis etiam beneficiis, seu Pontificalibus, non obstante constitutione 42. B. Pii V. Sacrae Congreg. Concil. die 29. Maji 1683. Respondit Affirmative. Praedicta enim Bulla 42. incip. Romani Pontificis: suscitavit solum contrarias dispositiones de dictis bonis factas per ultimam voluntatem, & per contractum lucrativum donationis, secus autem per contractum onerosum, ut firmat Guttier. Rodria. Garcia, & Salgad. citati in expositione causae in dict. Triviana, seu Tricarcan. apud Thesaurum resolution. Sac. Congr. Concil. tom. 3.

Item spolia Beneficiorum, qui pluribus ecclesiis praefuerunt, esse dividenda proportionabiliter inter dictas ecclesias, statuit S. Pius V. in dict. const. 42. incip. Romani Pontificis, & tenet Gavant. in manual. Episcop. verb. Spolium num. 4. ac alii.

Spoliorum tamen nomine non veniunt distributione Canonici defuncti. Sac. Congr. Episcop. & Regul. 29. Nov. 1600. apud Gavant. loc. cit. num. 1.

Numero 6. addendum est; quod sic in terminis resolvit Sacra Congr. Spoliorum in Pistorien. die 11. Decembris 1731. quod nempe dicta constitutio Gregorii XIII. loquatur, & intelligenda sit solum de bonis de novo acquisitis à Regularibus tempore, quod debeant extra claustra, & non de illis, quae jam acquisierant antequam à claustris egredierentur, sicuti nec de illis bonis patrimonialibus, quae Regularis ante ingressum in Religionem renuntiassent cum pacto reversivo in casu redditu ad Seculum ex indulto Apostolico. Cum enim D. Sigismundus de Sede Canonice Regularis Lateranensis ex Indulto Apostolico provisorio de Canonice in Cathedrali Pistoriensi similem fecisset renuntiationem ante ingressum in Religionem, articulo acriter discussio, prodiit resolutio dicte Sacrae Congregationis contra Reverendam Cameraam sub hac formula: *Nihil consistere pro Camera.* Et sic etiam censuit Rota decis. 121. num. 18. & seq. part. 6. recent. & eadem Sac. Congr. Spoliorum in Bononien. 15. Septembris 1701. apud Scarfontan. part. 3. addit. 20. num. 17. 27. 29. ac per tot ubi plura tradit ad rem scitu dignissima & pluribus adductis recte declarat, quod Camera Apostolica succedit Regulari extra claustra degenti, etiam de licentia suorum Superiorum in bonis quaesitis per eum extra eadem claustra, in bonis autem intra claustra quaesitis succedit Religio; quae pariformiter succedit in bonis acquisitis à Religioso vacante extra claustra, & postea ad monasteria reverso, in eodem mortuo, quia constitutio Gregorii loquitur solum de Religiosis extra claustra vacantibus, & extra ea decedentibus, ut recte observant Novar. in Summa Bullar. pag. 2. can. 9. Ricc. part. 3. decis. 176. & decis. 177. Capon decis. 256. num. 8. cum aliis ab ipso allegatis loc. citat. num. 29. 30. & 31.

Spolio subijciuntur bona à Clericis, etiam curialibus, acquisita per negotiationem, Benedicti XIV. tom. 1. constitut. 53. incipiens Apostolicae Servitutis §. 1. & 3.

Spoliorum Commissarii tenentur quotannis rationem reddere in computisteria Camerae Apostolicae. Idem tom. 2. const. 6. incip. Apostolicae Sedis num. 26.

Spoliorum subcolletores eludi possunt à Clericis, si isti bona ecclesiae, quae supersunt, pauperibus erogent, neque in commodum congregat. cognatorum, ut recte advertit Cardin. Baronius ad ann. 397. num. 64. ubi de his Collektoribus loquens inquit, "de quorum impostura exactione cum multi querantur, hos facile vitabant, & prudenter arte deludent, qui bona Ecclesiarum, quae supersunt, non congregant, sed in pauperes erogant." Quem sequitur Thomasin. de beneficiis part. 3. lib. 2. cap. 17. sub num. 9. prout adducit Benedicti XIV. De synodo diocesana lib. 3. cap. 8. num. 6.

Spolia Archiepiscoporum, Episcoporum, & reliquorum Praelatorum regni Neapolitani ab Innocentio XII. constit. incip. Inscrutabili: addicta fuerunt ecclesiis, quibus Antistes hujusmodi, dum viverent, praefuerunt. Benedicti XIV. constitut. incip. Pastoralis sollicitudo

Innocentianam constitutionem iteratis additis declarationibus Benedicti XIII. in constit. incip. Sacrosancti Apostolatus officium, & in constit. incip. Romanum decet Pontificem, defendit adversus cavillosas quorundam interpretationes. Idem ibidem §. 3. & 4. Qui subinde §. 7. & sequent. novam formam assecrunt, custodiendi, distribuendi, & spoliis hujusmodi Praelatorum praescribit, prohibendo, nempe, quod viventibus Praesulibus, Canonici, Capitula, quibus spoliolorum applicandorum cura spectat, quidquam attentent: Item Ecclesiarum indemnitate Vicario Generali Praesulis aegrotantis demandando. Demortui inde Praesulis spolia esse diligenter custodienda, & ad id claves obsignatorum cubiculorum à praefato Vicario Generali esse tradendas Vicario Capitulari, & Canonice deputatis, per actum solemnem coram fideis testibus explendum, & à Notario similiter literis consignandum: Ac precipiendo, quod his omnibus absolutis nequaquam liceat rem ullam in defuncti spolio reperitam, vendere, aut alia ratione alienare, nisi postquam Ecclesiae de novo Pastore, seu Rectore provisorio fuerit, atque hujusdem ecclesiae possessionem adeptus fuerit, quae possessione adepta praescribit regulas servandas ab ipso circa res in defuncti spolio repertas. Quicumque interim Sede vacante, quocumque modo spolia illa administraverit, vel administrationi praefuerit, novo Praesuli rationem reddere tenentur. Idem ibid. §. 12.

Beneficariis nulla secundum canones est potestas disponendi causa mortis de fructibus beneficiorum tam collectis, quam colligendis, rebusque sibi obventis ab ecclesia, vel pecunia beneficii comparatis, sed ipsi post suum decessum omnia ecclesiae suae restituere debent, cap. fin. de Peccul. Clericor. (1).

Nec de rebus patrimonialibus testari olim poterant Clerici viventes vitam communem; Can. Nolo 12. q. 1. Post solum vero Clericorum Communitatem de rebus patrimonialibus ad libitum testari eis concessum, sed nequaquam de ecclesiasticis proventibus; cap. 1. de Testament.

Post constitutum rerum ecclesiarum partitionem in Episcopum, Clerum, Fabricam, & Pauperes, dubitatum fuit, an Episcopus nomine ecclesiae intelligeretur ad effectum succedendi. At Alexander III. in Decretali ad Capitulum Cessanense in cap. 12. de Terram. definit, quod nomine ecclesiae non Episcopus, vel Successor Clerici morientis, ubi est Collegium Clericorum, sed communis congregatio intelligatur, quae rerum in haereditate Clerici remansurarum debet canonice distributionem, & curam habere: ubi autem non est collegium, sed in loco defuncti unus est ordinandus, ipsi semel successor eadem, sicut & alia ipsius ecclesiae in Dei timore dispensat. Et Bonifacius VIII. in c. Quia saepe 40. de elect. in 6. coherenter sanxit, ut bona à Praelatis Cathedralium, & Regularium, & Collegiarum dimissa, vel vacationis tempore obveniente, in utilitatem dictarum ecclesiarum expendantur, vel futuris successoribus debeant fideliter reservari, committendo in particulares occupatores poenam suspensionis ab officio, & beneficiis.

Nihilo tamen minus conservantur Episcopi bona Clericorum decedentium ad intestato usurpare, sibi que vindicare, vel ex privilegio Sedis Apostolicae, vel ex consuetudine. Privilegium monumentum habetur in cap. Quam sibi 18. de verb. signif. Consuetudinem vero probavit Bonifacius VIII. in c. Presenti 9. de Offic. ordi. in 6. Et hanc Bonifacii constitutionem probavit Concilium Constantiense sess. 39. sub tit. de Spol.

Intereaque ortum suum seculo XIII. habuisse videtur reservatio spoli decedentium Clericorum in favorem Camerae Apostolicae. Innocentius enim IV. primus omnium constituit anno 1245. ut si Clericus ex tunc decederet intestatus, ejusdem bona in usus Domini Papae converterentur, ut Matthaeus Parisiensis refert ad dictum annum 1245. Aliae postmodum ab aliis Summis Pontificibus, puta à Clemente VI. anno 1346. & à Innocentio VI. anno 1352. conformes editae fuerunt constitutiones.

55 Quoniam vero aliqui in dubium revocabant, an bona & spolia Prælatorum tempore obitus remanentia, ad Cameram Apostolicam generatim pertinerent ex aliqua generali constitutione Apostolica, propterea quod Collectores in variis, sed non in universis provinciis Romani Pontifices destinasset; Paulus III. tandem anno 1541. Bullam edidit, quæ incipit. Romani Pontificis Providentiæ: declarantem bona hujusmodi Prælatorum sine facultate testandi decedentium ubicumque ad Cameram Apostolicam spectare, & per Collectores Apostolicos exigi debere.

56 Hanc constitutionem confirmavit, & declaravit Julius III. immediatus successor anno 1550. in Bulla, cui initium: *Dudum ex certis*, quibus præscripsit, fructus beneficiorum exactos, & cum reliquis Clericorum bonis profanis commixtos, ac incorporatos, ad liberam Beneficiorum dispositionem, ubi à Sede Apostolica obtinerent indultum disponendi, spectare; fructus vero tam inexactos, quam non commixtos ad Cameram Apostolicam reservari debere in locis, ubi Collectores adsint Apostolici. Ad Clericorum autem hæredes profanos sive ab intestato sive ex testamento vigore quarumcumque facultatum condito, aut Legatarios nequaquam pertinere fructus maturatos in ipsorum Clericorum vita, sed non exactos.

57 Idem Summus Pontifex anno 1550. in Bulla, quæ initium habet: *Cupientes*, quibusvis Prælati, & Ecclesiasticis Urbem Romam incolentibus, vel Curiam sequentibus, liberam facultatem indulsit, si in dicta Curia, &

districte decesserint, disponendi, & testandi de quibuslibet rebus intuitu etiam ecclesie quæsitis in favorem quarumlibet personarum, nec non transmittendi res easdem ecclesiasticas ab intestato ad suos legitimos successores. Deinde anno 1553. ad se advocavit causas spoliatorum coram aliis quam Thesaurario Pontificio, ejusve Ministris pendentes, easque eidem Thesaurario commisit generali spoliatorum in tota Italia collectori.

Fuerunt & aliæ constitutiones circa eandem materiam late ab aliis Summis Pontificibus, scilicet S. Pio V. anno 1560. 1564. & 1567. Gregorio XIII. anno 1577. Innocentio XII. anno 1693. & Benedicto XIII. anno 1726.

Hinc vero prætereundum haud est, sub Sixto V. ortum habuisse transactiones spoliatorum inter Nuntium Pontificium nomine Curie Apostolicæ, & singula fere Capitula Civitatum, & Diocesium Regni Neapolitani, & pleraque Italia, hoc pacto initæ, ut solum quotannis conventa pecunie quantitate in favorem Cameræ, Possessores Beneficiorum eorumque profani hæredes exempti sint à spolio, præter quam in casu illicitæ negotiationis. Vigore igitur harum transactionum Beneficiorum ferè omnes, qui annuum summam pro transacto spolio persolvunt subcollectori Cameræ Apostolicæ, bona intuitu ecclesie quæsitæ, & fructus beneficiorum jam collectos, & exactos, ad hæredes profanos ab intestato transmittunt, & de iis pro libito disponunt ac testantur.

In locis igitur, in quibus transactio spoliæ confecta non sit, datur locus ipsi spolio.

Quam-

Quod sint variae Constitutiones Apostolicæ circa spolia in Cameræ Apostolicæ favorem promulgatæ, est indubitatum; (1) verumenimvero licet in Hispania suum robur obtinerent, & in aliquibus territoriis de earum constanti observantia, non est obliviscendum, omni in tempore normam fuisse, Regibus Hispania bona ecclesie vacantis custodiri: (2) per consequens ad jurisdictionem exercentes (3) spectavit, supposita Regum nostrorum protectione, ecclesiasticarumque tuitione, (4) vacantium earundem spolia reservare, & in toto collocare, ne propter atrocitiam morte Prælatorum evenientia diminutionem aliquam paterentur; hæc actio in tantum vigeat, ut, cum tunc temporis non esset in Hispania introducta consuetudo per Regiam nominationem Prælatos presentandi, (5) Regis custodiæ, & administrationi bona ecclesie vacantis commendabatur; nunquam Reges Hispani à sua economica, politica, & ruitiva potestate simile jus spolia custodiendi, ut supra asserunt, abalienarunt, tametsi Regum Catholicorum tempore Summi Pontifices in regnis Castellæ, & Legionis, una cum spoliis Episcoporum defunctorum redditus etiam Sedis vacantis, Cameræ Apostolicæ reservarunt: & ad eos administrandos, colligendos, ac exigendos per Bullas, & Motus Proprios quorum A. recordatur, Collectores introduxerunt; verum semper fuit exclusæ Cameræ prædictæ intentio, provinciis in quibus non erant similes Collectores admissi; quapropter Supremo Castellæ Senatui rescripta, aut provisiones vulgò per *Ordinarias*, expediendi non defuit potestas, ut Correctores, ceterique iustitiam administrantes illic ac Prælatos spiritum emiserit, mortivè proximus inspiciebatur, curam agerent, bona per obitum eorum existentia colligendi, & custodiendi, non permitiendo, iudices Apostolicos in illa usque dum creditores debiti satisfactionem obtinerent, se immiscere, (6) consequenterque facultates seu literæ credentiales, quæ R. Nuntio Apostolico concedebantur, procedendi ergo jurisdictionaliter, restrictionem patiebantur, si in eis præter alias inhibitiõ secularium iudicium ad spoliatorum causas pertractandas insereretur, vel si recursus vulgò de *Fuerza* ad prædictum Senatuum prohibitionem adnotaret. (7)

Supra recensita usque ad annum M.DCC.LIII. observantiam retinuerunt: (8) quia hoc in tempore, inito con-

(1) *L. 11. s. 6. lib. 1. lbi*: A cuyo efecto: (Vid. *lit. B. p. 367.*)
 (2) *L. 18. tit. 5. p. 1.* Antigua costumbre fue de España, é dno todavia, é dura hoy dia, que quando fina el Obispo de algun Logar, que lo facen saber el Dean, é los Canónigos al Rey por sus Mensageros de la Iglesia con carta del Dean, é del Cabildo, como es finado su Prelado, é que le piden por merced que le plega que ellos puedan facer su eleccion desembargadamente, é que le encomiendan los bienes de la iglesia, é el Rey debe gelo otorgar, é embiarlos á recabdar, é despues que la eleccion ovieren fecho, presente el elegido, é él mandele entregar aquello que rescibio: (3) *Auct. Acord. 17. tit. 5. lib. 3.* Habiendo tenido noticia que algunos Corregidores, á quienes se comete el conocimiento de los espolios de los Señores Arzobispos y Obispos, que mueren en estos reynos: (4) *Vid. verb. Bannitus: Bona Ecclesiastica, & Immunitas*: (5) *Vide proximè & verb. Beneficium.* (6) *Remis. 31. tit. 3. lib. 1.* En el Consejo se dan provisiones por ordinarias para que las Justicias y Corregidores de estos reynos embarguen los espolios de los Obispos, y para que no consientan que los Jueces Apostólicos se entrometan en ellos hasta estar pa-

gados los acreedores. *Remis. 32. ejusd.* En la misma conformidad se despachó provision para que el Corregidor de la Villa de Madrid embargase el espolio del Nuncio Campeche, Obispo Senagaliense, y se executó así en el año de 1630. (7) *Remis. 11. tit. 8. lib. 1.* Habiendose visto y reconocido en el Consejo las facultades dadas á Cesar Montí, Nuncio y Sub-Colector General de estos Reynos, se provyó por el Consejo auto en 3. de Julio de 1730. limitando las facultades del dicho Breve, en quanto por él se inhibia al Consejo y Jueces por él nombrados del conocimiento de las causas de los espolios; y que en ellas, y en las demás que tocasen á la Colección de la Cámara Apostólica, no se recurriesse por vía de fuerza al Consejo, Chancillerías y Audiencias de estos Reynos; y por él se declaró no habia lugar el admitir el dicho Breve en quanto á esto, y se mandó volver al dicho Nuncio, anotandose el Auto á las espaldas del Breve; y así se executó, como consta del Auto que está en el Archivo. *Remis. 22. tit. 4. lib. 2.* Los pleytos de fuerzas de Jueces Ecclesiásticos sobre los espolios de los Obispos se determinan en el Consejo en la Sala de Gobierno. (8) *Concord. ann. 1715. c. 22.* (Vid. *lit. F. pag. 112.*)

(Quamvis multa, præsertim nostris temporibus observata, *verb. Beneficium, pag. 358. consr.* quæ incipit, *Quam semper . . . verb. Beneficium, pag. 376. art. 2.* atque inter alia loca *verb. Successio* ab intestato, in *add. bisp.* exponantur; de veteri quid amplius notabitur; si perleguntur octo leges *tit. 21. p. 1.* comprehensæ, inter eas, Auctoritæ doctrinam magnâ advertitur consonantia: In *prologo prædicti tituli* assignatur ratio discriminis, cur in primitiva Ecclesia Clerici nil proprium habere poterant, nam vitam communem agebant;

nunc vero possunt habere: In *leg. 1.* quid sit peculium Clericorum, unde hoc nomen desumpsit, proponitur duplicem significationem per *leg. 2.* eidem inesse, declaratur; denominatur *videlicet* adventitium, & profectivum; In *leg. 3.* præscribitur, quid de illo fieri possit, uti voluerint, disponere valent; quibusdam exceptis personis, ceteris quod relinquii possit, pro comperto est tenendum; In *leg. octavo* de altero peculio tractatur, est equidem quod propter ecclesiam lucratur; In *leg. 4.* quis debeatur succedere, ab intestato morientibus, deciditur; quid-

cordato, non fuit Regi Catholico denegata facultas, personas ecclesiasticas quæ, & quantæ sint ei benè vise, ad spoliatorum exactionem & custodiam eligendi: quæ quidem hodie, & ecclesiarum vacantium fructus cum regniæ protectionis assistentia, utpotè per sacros canones in pios usus destinata, fideliter impenduntur, cessantibus omnibus constitutionibus eidem adversantibus, (1) nulla deinceps de illis restandi dispensatione admissa à Summo Pontifice concessa, tamquam subreptiæ, contraria pactis, & conventionibus dictæ concordie; (2) licet Prælati de bonis intuitu ecclesie quæsitis testari non possint, benè eis permitti videtur, etiam in ægritudine constitutis, aliqua de mobilibus, non ratione testamenti, sed elemosynæ, in pauperes, & pia opera, in gratificationemque eorum, qui ipsimet inservierunt, sint verò consanguinei, aut extranei, erogari. (3)

Quamvis maneat præventum, bona per mortem Prælati obvenientia, intuituque ecclesie, acquisita, esse in pios usus secundum in sacris constitutionibus præscripta, distribuenda: novissimè est determinatum, mobilia omnia in adibus archi & Episcopaliibus inventa ad successorum usum reservare debere, supellectilibus auri, & argenti, Prælatorum moderationi non convenientibus; exceptis, factaque librorum etiam reservatione, nam isti in bibliothecam demò adibus in eisdem mandatam stabiliri, aut constitui, custodiendur; illarum autem fiet venditio, & pretium ex hac proveniens in diocesis pauperes erogabitur. (4)

Suum locum in Hispania, animadversa occupant, dum circa bona ante Prælatorum mortem existentia, & Prælatie causa obvenientia, est sermo, non verò, si de eorum patrimonio. Inter omnes equidem constat, eos ad libitum de hisce disponere posse, si patrimonialia fuisse probentur, ante dignitatem episcopalem adeptæ, postea nec ejus intuitu, sed industria aliavè ratione, personæque contemplatione, & non dignitatis: quapropter hæredes si ultimum elogium confecerint, succedent, seu ab intestato consanguinei, absque eo si defecerint. (5)

In secularibus Clericis, sive intuitu ecclesie, vel patrimonii acquisita, nulla datur differentia, quoniam consuetudine fuit introductum, æqualem esse conditionem, & eorum hereditatem ab intestato, aut ex testamento capi. (6)

Indicis in regionibus, cum de regio universali patronatu minus dubitetur; (7) meritò Regales Audientie, Gubernatores, & Prætores, illic ac Prælatos moritur, quin potius ubi mortis proximus, istis bonis, & spoliis colligendis, & custodiendis se immiscet: nunquam Collectores admissi, & juxta canonicas sanctiones bona semper fuere distributa; Regis Officialibus redditum omnium vacantium, & spoliatorum exactio in arcisque regis custodia est commendata, usquequò, quod sit conveniens in applicatione pro Regis arbitrio in pios usus, provideatur. (8)

Si extra spolia, in cetera hæredes in Hispania tam ex testamento quam ab intestato, ut supra advertitur, succedunt, circa hoc non patiuntur discrimina jura, & dispositiones Indica, siquidem omnibus in Sacris cons-

(1) *L. 11. tit. 6. lib. 1. lbi*: Finalmente . . . (Vid. *lit. B. pag. 366. col. 2.*)
 (2) *L. cad. lbi*: Sino que tambien . . . (Vid. proximè.)
 (3) *L. 8. tit. 21. p. 1. lbi*: Otrosí mandas, ni testamentos no pueden facer los Clerigos de las heredades de las Iglesias, nin de las otras cosas de ella. Mas si oviesen algun mueble adelantado de sus beneficios, aunque testamento no deben facer, bien pueden darlo, ó partiirlo á pobres, é á otros logros que sean de merced, é á pacientes, é á amigos, ó á los que sirven en su vida, quier sea de su linage, ó non.
 (4) *Reg. Sched. 17. de Febr. 1771. cap. 24.* El Sub-Colector ha de formar inventario de todos ellos, y hacer su tasacion para remitirla al Colecior General, quien en su vista declarará con expresion, y claridad los muebles, y adornos que reserva á los futuros Prelados, procurando sean aquellos que corresponden á su dignidad, moderacion, y buen exemplo de su ministerio Pastoral, y los demás, como alhajas de oro, y plata, ó de otra alguna clase, que no sean conformes con la moderacion de los Prelados, dispondrá se vendan desde luego, aplicando su producto al socorro, y limosna de los pobres Diocesanos . . .
 (5) *L. 5. tit. 21. p. 1.* Apartado seyendo el aver, que ganó el Clerigo por razon de su persona, de los otros bienes que tenia de parte de la iglesia, si muriere sin testamento, pueden lo heredar sus pacientes . . . Mas si non supiesen que el Clerigo oviese alguna cosa suya propia, todo lo que le fallare debe ser de la iglesia . . . pero si supiesen ciertamente que el Clerigo algunas cosas habia de suyo quando le dieron la iglesia, ó que las ganó despues por razon de su persona, mas non saben quales son, nin quantas, entonces si los pa-

rientes fueren en enenecia de las cosas del Clerigo, non los deben desapoderar dellas . . .
 (6) *L. 13. tit. 8. lib. 5.* Por quanto en estos reynos hay costumbre muy antigua, que en los bienes que los Clerigos de Orden Sacro dexaren al tiempo de su muerte, aunque sean adquiridos por razon de alguna Iglesia, ó Iglesias, ó beneficios, ó rentas ecclesiasticas, se suceda en ellos ex testamento, y ab intestato, como en los otros bienes que los dichos Clerigos tuvieran patrimoniales, habidos por herencia, ó donacion, ó manda, mandamos que se guarde la dicha costumbre . . .
 (7) *Vid. verb. Abbas.*
 (8) *Auct. acord. 22. tit. 6. lib. 1. §. 1. lbi*: Dispongan que por los Oficiales Reales de sus distritos, y con la distincion de tiempos que va expresada, se lleve cuenta, y razon muy exacta, y puntual en libros particulares (que á este fin formarán á costa de la Real Hacienda) del producto de dichas vacantes mayores, y menores con la misma formalidad, y justificacion que lo han debido facer por lo pasado en lo respectivo á las mayores . . . al tiempo de sus vacantes se apliquen, y distribuyan en usos, y obras pias . . . he resuelto por punto general, y regla fixa perpetua, y constante, que todos los caudales procedentes de las vacantes de Arzobispados, y Obispados que se hubieren causado en mis reynos de las Indias, y sus Islas Adyacentes, por muerte, transiacion, ó resignacion de los Prelados hasta la confirmacion de los sucesores . . . y los que se causaren . . . de todos, y qualesquiera de estos Ministros de lo sucesivo perpetuamente sirvan, se apliquen, destinen, y distribuyan precisamente, como yo desde luego las asigno, aplico, y destino, á obras pias.
 Ddd

quid adquisierint, dummodo propter ecclesiam non sit, consanguinei intra quartum gradum capiebant hereditaria bona; secus enim ecclesia, in qua beneficium obtinuerint; si in diversis fuissent beneficiati, omnes participiant; beneficium non habente, cui servitium praestat, haeres erit: *In leg. 5. demandatur, & ratio proponitur, cur Clericorum bona, ab intestato decedentium, absolute propria erant ecclesiae, & quae probationes efficiendae, dum dubium aliquid occurreret: In leg. 6. methodus praefigitur, an res à Clerico sit empti nomine proprio, seu ecclesiae, inquirendi: In leg. 7. de fraudibus, quas Clerici in emptionibus similibus committunt; In leg. ultim. supra est animadvertum, quid sit dispositum. Omnia confer cum additione hisp. hic inserta.)*

SPONSALIA.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia, & sponsus unde dicantur.
- 2 Sponsalia tripliciter potissimum sumuntur, & quomodo.
- 3 Sponsalia proprie accepta definiuntur.
- 4 Ad valorem sponsalium de futuro plura requiruntur. Primo requiritur, quod promissio futuri Matrimonii sit vera, ac tercia, & non ficta, seu simulata.
- 5 Affertur, & solvitur instantia.
- 6 Fidei, aut simulatae, seu jocose, vel dolose tantum promittenti alteri Matrimonium, quamvis in foro interne non teneatur servare tale promissum; peccat tamen sic promittendo, & teneatur resarcire totum damnum alteri inde secutum.
- 7 In foro externo quovis praesumitur vere, & serio promissio: Unde ad servandum promissum debet condemnari, nisi legitime fictionem, seu simulationem, aut jocum, seu dolum probet.
- 8 Secundo ad valorem sponsalium requiritur, quod promissio sit deliberata, & libera ab omni gravi metu, & errore circa personam.
- 9 Tertio requiritur, quod talis promissio sit verbis, aut aliis signis externis sufficienter manifestata.
- 10 Quarto requiritur, quod promissio sit mutua, & reciproca ab utraque parte facta.
- 11 Quinto requiritur, quod sponsalia contrahantur inter personas de jure habiles.
- 12 Aetas legitima requiritur, & sufficiens, tam in femina, quam in masculo pro contrahendis sponsalibus, est septennium completum.
- 13 Unde sponsalia ante completum septennium unius, aut utriusque, ordinarie sunt invalida, & nulla, quamvis illa loco liberorum contraxerim parentes, nisi liberi facti septennio majores, ea ratificentur.

titutus, etiam Prelatis, (1) inest disponendi facultas, non inaequaliter succeditur; (2) verumtamen istis, ambiguitatis aliquid ne praebatur, & res distincte patefiant, antequam episcopatum fuerint possessionem adepti, praevia Cancellariae Fiscalis citatione, vel alterius ejusdem locum subrogantis, si commode assistere nequit, cum duobus ejusdem ecclesiae canonicatum, aut praebendam obtinentibus, conficere inventarium praecipitur. (3)

(1) *L. 38. tit. 7. lib. 1. Ind.* Mandamos á los Oficiales de nuestra Real Hacienda, que succediendo fallecer los Prelados de sus distritos, pongan cobro en los Esposos, y no incluyan en las diligencias los bienes que los Prelados tuvieren inventariados, quando entraren á servir sus Iglesias, conforme á la ley siguiente, ni coozcan de ellos, y en la cantidad que montaren no reciban vexacion, ni molestia sus herederos.

(2) *L. 6. tit. 12. ejusd.* Rogamos, y encargamos á todos, y cualesquier Prelados de ellas, que dexen, y consentian á los Prebendados Clerigos hacer, y otorgar sus testamentos con la libertad que les permite el derecho, y distribuir sus bienes en quien quisieren, conforme á la costumbre muy antigua usada, guardada en estos reynos de Castilla, de que en los bienes que los Clerigos de Orden Sacro dexaren al tiempo de su

- 14 Adducitur, & solvitur instantia.
- 15 Extraordinarie tamen possunt etiam talia sponsalia esse valida, si nempe in aliquibus malitia supplicat atatem.
- 16 Si duo impuberes septennio majores sponsalia contrahant, neuter ab illis ante pubertatem resiliere potest, bene vero post illam.
- 17 Nec in tali casu, qui primo fit pubes, tenetur alterum expectare, donec etiam ille pubescat, sed potest statim ac pubescit pro libito resiliere.
- 18 Si autem pubes cum impubere contrahat sponsalia, tunc pubes non amplius resiliere potest; bene vero impubes, cum ad pubertatem pervenerit.
- 19 Impubes, quamvis possit, cum ad pubertatem pervenerit, á sponsalibus resiliere, tamen debet statim pubertatem adeptus id facere.
- 20 Facultas resiliendi á sponsalibus impuberibus á Jure concessa post adeptam pubertatem, habet locum, tam in foro interno, quam in foro externo.
- 21 Talis facultas resiliendi á sponsalibus probabilis non est censenda concessa impuberibus, si ipsa sponsalia juramento confirmaverint, quamvis tamen opposita sententia sit probabilis.
- 22 Sponsalia de presenti, seu Matrimonium ab impuberibus nulliter contractum, valet in vim sponsaliorum, seu transit, & resolvitur in Sponsalia de futuro.
- 23 Matrimonium autem nullum ex aliquo essentiali defectu, ut celebratum sine proprio Paroco, non resolvitur in sponsalia de futuro, etiamsi secuta sit copula in figura Matrimonii.
- 24 Ad valorem sponsalium non requiritur praesentia Parochi, & testium.
- 25 Item ad valorem sponsalium non requiritur consensus, aut consilium parentum, aut eorum, sub quorum cura existunt sponsalia contrahentes.
- 26 Ut licite tamen contrahant filii sponsalia, requiritur saltem, ut prius desuper consultantur parentes, quamvis eorum consilium non semper sequi teneantur.
- 27 Parentes contrahere possunt sponsalia pro suis filiis puberibus, sive impuberibus, & si ipsi filii expresse, vel tacite consenserint, obligantur ad illa, & ex eis oritur justitia publicae honestatis.
- 28 Parentes nedum contrahere possunt sponsalia pro suis filiis praesentibus, sed etiam pro ipsis absentibus, & sponsalia ignorantibus; & si ipsi filii post scientiam dicta sponsalia ratificaverint expresse, vel tacite, ad illa obligantur.
- 29 Sponsalia contracta á parentibus pro filiis, sive praesentibus, sive absentibus, aut ignorantibus, & nec expresse, ut tacite consentientibus, & á fortiori contradicentibus, sunt in valida, & nulla.
- 30 Item invalida, & nulla sunt sponsalia contracta á filiis per gravem metum eis á parentibus, seu ab aliis injuste incussum.

Ta-

muerte, aunque sean adquiridos por razon de alguna Iglesia, ó Iglesias, ó beneficios, ó rentas Eclesiasticas, succedan los herederos ex testamento, y abintestato, como en los otros bienes que los Clerigos tuvieren patrimoniales, habidos por herencia, ó donacion. *Remis. 1. tit. 11. ejusd.* Que los Prebendados, y Clerigos puedan disponer de sus bienes como quisieren ex testamento, y abintestato.

(3) *L. 39. tit. 7. ejusd.* Ibi: De sus Iglesias; y para que la causa publica, y los interesados tengan entera satisfaccion, ordenamos que se hagan con citacion de los Fiscales... juntamente con dos Prebendados de sus Iglesias, y los Prelados declaren en ellos todos sus bienes, y deudas, y la causa de que proceden. *Vid. verb. Abbas.*

- 31 Talia sponsalia ex gravi metu iniusta neque firmanur juramento.
- 32 Nec tale juramentum obligat, nec ulla indiget relaxatione, aut abolutione.
- 33 An sponsalia contracta per metum reverentialem sint invalida, & nulla.
- 34 Sponsalia contracta per metum leodem, etiamsi injuste incussum, sunt valida.
- 35 In foro externo generaliter loquendo, nisi aliunde de intentione constet, censenda sunt contracta vera sponsalia per illa verba, quae juxta communem intelligentiam, & communem loci usum aut consuetudinem loquendi, veram promissionem futuri Matrimonii significant.
- 36 Assignantur in specie verba certo significantia, & importantia sponsalia.
- 37 Assignantur verba certo non Sponsalia, sed Matrimonium significantia.
- 38 Assignantur verba sub dubio constituenta sponsalia, nisi major expressio addatur.
- 39 Haec verba Non ducam aliam, seu nullam aliam ducam, quam te, vel praeter te, aut nisi te, probabilis non faciunt sponsalia, nisi aliquando ex circumstantiis alia intentio constet.
- 40 Non solum verbis, sed epistolis similia verba continentibus, sed etiam signis seu factis consensus internum exprimentibus sponsalia contrahuntur.
- 41 In foro externo generaliter loquendo sponsalia contracta esse censentur, ac praesumuntur per illa signa, seu facta, per quae concurrentibus circumstantiis juxta communem intelligentiam, ac usum, & consuetudinem loci voluntas, seu consensus internus contrahendi exprimi, & manifestari solet.
- 42 Sic concurrente circumstantia praecedentis tractatus Matrimonii, seu verbis unius, censentur, & praesumuntur contracta sponsalia per inmissionem, seu donationem, & receptionem annulli.
- 43 Item concurrente circumstantia praecedentis tractatus Matrimonii per remissionem, seu donationem, & acceptationem aliorum numerum juxta morem sponсорum, censentur, & praesumuntur contracta sponsalia.
- 44 Item in simili circumstantia praecedentis tractatus Matrimonii per porrectionem manus ab uno factam, & ab altero sine renitentia, & contradicitione acceptatam, censentur, & praesumuntur contracta sponsalia.
- 45 Per omnia autem supradicta, si non concurrat circumstantia praecedentis tractatus Matrimonii, nec ad hoc speciale quid habet consuetudo loci, non censentur, nec praesumuntur contracta sponsalia in foro externo.
- 46 Quando verba, signa, aut facta, omnibus consideratis, adhuc remanent dubia, an inducant vera sponsalia, vel non, & qui ea protulit, aut edidit, negat ea protulisse, aut edidisse intentione promittendi Matrimonium: tunc Judex debet negantem absolovere, praesertim si ei delatio juramento purgatorio juret absolute non habuisse talem intentionem.
- 47 Quando vero verba, signa, aut facta secundum communem usum, aut consuetudinem loci sunt clara, & sponsalia vere significant, tunc negans condemnari debet, nec debet admitti ad juramentum, quamvis dicat se ad obtinendum usum corporis, vel ab alium similem finem jocose, fidei, dolose, aut fraudulenter prodidisse, seu edidisse, nisi jocum, fictionem, dolum, aut fraudem legitime probaverit.
- 48 Quando verba, signa, aut facta clare significant sponsalia, & Reus absolute negat se ea protulisse, aut edidisse, nec Actor id plene probare potest, quid in tali casu facere debeat Judex, & cui Juramentum sit deferendum?
- 49 Sponsalia vera, quamvis occulta, obligant sub mortali.
- 50 Sponsalia obligant tempore ad nubendum praefixo, nisi justa causa excuset.
- 51 Et procedit conclusio, quamvis in hoc casu pars altera non urgeat.

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VIII.

- 52 Unde, si ratione culpabilis more unius altera pars aliquod damnum patitur, debet illud damnum ei penitus resarcire.
- 53 Si autem interaverit aliqua rationabilis causa, possunt licite sponsalia differri quoad effectuationem Matrimonii.
- 54 Si nullum certum tempus sit praefixum ad contrahendum Matrimonium, tenetur quisque contrahere, altera exigente, quamprimum commode poterit.
- 55 Recusans post legitima sponsalia contrahere Matrimonium potest, & debet ad id compelli per competentia juris remedia, nisi rationabilis causa obstiterit.
- 56 Et conclusio procedit, sive sponsalia fuerint jurata, sive non.
- 57 Pro compellendo tali renuente contrahere Matrimonium debet Judex Ecclesiasticus ante omnia ipsius renuentem debito modo monere, adjuvantis etiam minis ut sua obligationi satisfaciat promissum Matrimonium contrahendo.
- 58 Deinde si monitione, & minis Judex ecclesiasticus nihil proficiat cum tali renuente Matrimonium contrahere, potest etiam adhibere nedum panam pecuniariam, sed & carceres, aut alias penas corporis afflictivas, si eas adhibendi occasionem habeat.
- 59 Et si nec etiam incarceratione, aut aliis penis corporis afflictivis aliquid efficiat, tunc potest, & debet renuentem etiam Censura excommunicationis ad nubendum compellere.
- 60 Si autem Episcopus, non adhibita incarceratione, aliisque penis corporis afflictivis, statim censuras adhibeat pro compellendo ad contrahendum Matrimonium talem renuentem, illiciti quidem, sed tamen valide agat, & censura sic statim inflicta valet.
- 61 Si tandem, adhibitis omnibus supradictis mediis, etiam censuris, adhuc renuat cum tali nubere, non potest finaliter cogi ad nubendum, sed debet dimitti, & absolvi, praesertim si adhaerere magna animorum aversio, haec ut ex tali futuro Matrimonio forent timenda jurgia, scandala, verbera, mutilationes, perpetuae inimicitiae, aut alia similia gravia incommoda.
- 62 Nec quid novi induxit circa id Concilium Tridentinum, sed in suo robore reliquit dispositionem juris canonici de non cogendo finaliter ad nubendum talem renuentem nubere.
- 63 Unde recusans Matrimonium contrahere post sponsalia potest quidem moneri, & juxta sacrorum canonum praescripta compelli comminatione censurarum, non autem potest praecise cogi, & potissimum ubi adsit aliqua justa causa resiliendi á sponsalibus, quo casu Judex potest quidem monere, ut ad effectuationem Matrimonii deveniat, non autem potest cogere, neque per censuras, & praesertim si timeatur, quod censuras sperni possint, vel quod per Matrimonium coacti initium gravius malum oriri possit.
- 64 In tali enim casu potest Judex omnino abstinere á censuris, si prudenter praevidet, quod ille nihil efficiat, ubi praevidere potest, si animi aversio nimia dignoscitur.
- 65 Et in casu, quo talis renuens Matrimonium effectuate fuerit ob id excommunicatus, tunc Judex ecclesiasticus, non solum sponsum petentem abolutionem absolovere potest, postquam diu stetit excommunicatione innotatus, sed eundem etiam non petentem absolovere tenetur.
- 66 Tempus autem, quod decurrere debet, antequam talis renuens excommunicatus absolvatur, regulariter solet esse illud unius anni, quamvis Rota in particularibus facti circumstantiis censerit esse 16. vel 17. Mensium.
- 67 Nec in tali casu poterit licite sponsa adhuc urgere negationem talis abolutionis á censura.
- 68 Poterit tamen sponsa licite jure exigere compensationem omnium damnorum emergentium ex hac dissolutione.

Ddd 2

An